

evidentiam idem testatur; sed et nos, experti aliquando ejus hospitalitatem et charitatem, TESTIMONIUM PERHIBEMUS, omnibus hominibus, quotiescumque sermo de eo incidit; ET NOSTI, Græcæ, et nōstis, et tu ipse, ac ceteri Christiani qui in eādem urbe cum Demetrio habitat, probè nōstis, QONIAM TESTIMONIUM NOSTRUM VERUM EST, quod testimonium et laudes quas ei damus, vera sint; aut, ut alii, nōstis me non esse mendacem, sed ex Spīritu veritatis, qui regit linguam et calamum apostolorum Christi, ea scribere que scribo. Sic in fine Evangelii sui totidem verbis loquens de seipso in tertia persona ait: *Et scimus quia verus est testimonius ejus.* Tot autem hic testibus confirmat Demetrii hospitalitatem et charitatem qui ardebat et lucebat, non tantum Corinthi, ubi habitasse videtur, sed in longinquum, et usque in Asiam, ut ad imitationem et perseverantiam Caui magis accenderet. Et similes isti Demetrio prelates et pastores in Ecclesiâ elegi oportet, inquit Catharinius; pastorum enim est alios purgare, illuminare et perficere; quod ut prastare possint, ipsimet prius purgati, illuminati et perfecti esse deberent, ac talis fama que sanctum odorem spargat, quo pondus et auctoritatem addant verbo divino quod predican, aut praedicare debent. Sed contra omnia sunt, promoventes non virtutibus perfecti, sed parietes dealbatis, succure, Deus, Ecclesie tua, inquit, quia venit tempus misericordi ejus. Tali deplorabat Catharinius circa initia heresies Lutherane, quando major erat ecclesiasticorum et religiosorum quād hodiè, Deo laus, dissolutio; sed multa nobis adhuc ad perfectio- nem desunt, nec sumus quales esse deberemus.

VERS. 15. — MULTA HACCI TIBI SCRIBERE; excusat iterum Epistole sue brevitatē, sicut Epistola precedenti, v. 12, ubi notavimus multa apostolos vivā voce dixisse et disseruisse que non sunt mandata scriptis; idéoque non omnes traditiones agraphas respondens esse, sicut sectari nostri temporis faciunt; sed noluī per atramentū et calānum scribere tibi; in precedenti Epistola atramentū cum calamo posuit; unde omnia scriptiōnē instrumenta olim qui hodiè fuisse videamus, nisi quād calamus arundineus pōtius quād avium pennis scriberent, ut ex Martiali probari potest.

IN EPISTOLAM CATHOLICAM

B. JUDÆ APOSTOLI

Argumentum.

Beatus Judas Simonis, Jacobi Minoris, et Josephi Justi, sive Barsabe, de quo mentio Actor, I, v. 23, frater, hujus epistole est auctor. Hi quatuor fratres vocantur fratres Christi, Matth. 45, v. 55, id est, cognati; nam matrem eorum Mariam Cleophae S. Joannes vocat B. Maria Virginis sororem, id est, cognata-

tam, Joannis 19, v. 25. Eadem Maria Cleopha, scilicet et filia, vocatur etiam Maria Alphæi, scilicet uxor, et Maria Jacobi, scilicet mater. Judas noster à S. Mattheo et S. Marco nominatur Thaddeus, quasi Mammeus; nam *ted* Syro-Chaldaicē mammam significat; quo modo adhuc hodiè mammam appellant Galli,

VERS. 14. — SPERO AUTEM PROTINUS TE VIDERE; non videatur ergo in extēmā senectutē haec Epistola scripta à S. Joanne, sed in medio pōtius cursu Evangelii, quando adhuc ad longa itinerā et mare ex Asia in Achiam trahiendū sati validus et vegetus erat. Deinde S. Paulus, cùm Corinthi ageret, Caio isto, ad quem scribit S. Joannes, hospite usus fuit circa annum Christi 58; non est autem verisimile eundem Caui supervixisse usque ad extēmā senectutēm S. Joannis, que ad annum Christi 101 pervenit. Er os ad os, ore ad os, ut Epistola precedenti, versu 12, exposuit. LOQUEMUR; unde inutile esset multa tibi scribere, cūm omnia melius vivā voce dicturi simus. PAX TIBI, sit in hac et eternā vitā. Pax ista est tranquillitas mentis, et quies in Deo, qua in hac vitā propter concupiscentiā bellum perfecta omnīus non est, donec absorbeat quod mortale est à vitā, 2 ad Corinth. 5, v. 4. Pacem autem loco salutis apprepari est nos Judeorum; unde etiam hodiè, quando quenam salutant, dicere solent, *חַדְלָה scalon lecha*, id est, pax tibi. SALUTANT TE AMICI, qui hic mecum sunt, quos licet tanto terrarum et marium spatio separatos, amicitia tamē christiana charitatis tibi coniungit. SALITA, etiam vicissim, AMICOS, meos, et ipsorum qui ibi apud vos sunt, et quidem, NOMINATIM, non tantum generatim sub nomine amicorum, sed expressis singulorum nominib⁹ propriis, que longum esset ascribere, et pro expressis haberi volo; quod magni amoris et familiaritatis erga singulos est indicium. Tali affectu erat magnus illi Apostolus erga omnes etiam infimos sororis Christianos; tali debet etiam esse omnes prelati et pastores erga subditorum suorum minimos, et animas ipsorum; non corpus et vestem, ut paupertatem aspicere. Quidam existimat jussisse ut amici nominatim quidem à Caio salutarentur, sed moluisse in Epistola nomina eorum ascribere, ne vel leviter offendere eos qui in ordine aliis postponerentur; talis enim zelotypi et imperfectio animas etiam perfectorum interdūm urit et conturbat.

COMMENTARIA. CAPUT UNICUM.

Græcus textus Matth. 10, v. 5, Judam vocat Lebheum, id est, cordatum: *λεβ* enim Hebraicē cor significat.

De auctoritate hujus Epistola olim à quibusdam dubitatum est, quia de libro Enoch apocrypho sumit testimonium, ait S. Hieronymus. Sed à pluribus, et jampridem à conciliis variis et totā Ecclesiā in canonem recepta est. Unde male Cajetanus dicit eam esse minoris auctoritatis quām sint certas Scripturae sacre, quasi adhuc auctoritas ejus sit incerta.

Pleraque autem suas sententias et dogmata ex 2 Pet. 2 sumpsisse videatur; speciali enim familiaritate S. Petro Judam adhesisset appareat, si verum est quod Dexter Elviri narrat, eum S. Petri comitem fuisse in Hispaniam. Sed Mariana etiam Hispanus, et plures alii negant S. Petrum unquam vidiſe Hispaniam; deinde provincia que S. Jude ad predicandum Evangelium obtigit, non fuit Hispania in Occidente, sed

Mesopotamia et Persia in opposito plānd Orientē, ut Martyrologium Romanum testatur.

Argumentum Epistola est fermè idem quod ceterarum Epistolarum catholicarum Jacobi, Petri, et Joannis, nempe fidem sine operibus non sufficiere ad salutem, contra Simonianos, Nicolaitas et Gnosticos, primos nascentis Ecclesiæ hereticos, qui ex quibusdam S. Pauli subobscuris sententiis, siec illa: *Arbitratur justificari hominem per fidem sine operibus legis*, ad Rom. 5, v. 28, occasionem accepérant, ut tanquam securi de salute que in fide est, benē vivere non curarent, inquit S. Aug., cap. 14 de Fide et Operibus, de illis hereticis interpretans illud 2 Pet. 3, v. 16: In Epistolis charissimi fratris nostri Pauli sunt quoddam difficultate intellectu, qua indoci et instabiles deprivant, sicut et ceteras Scripturas, ad suam ipsum perditionem.

IN EPISTOLAM CATHOLICAM

B. JUDÆ APOSTOLI

COMMENTARIA.

CAPUT UNICUM.

1. Judas, Iesu Christi servus, frater autem Jacobi, his qui sunt in Deo Patre dilectis, et Christo Iesu conservatis, et vocatis;

2. Misericordia vobis, et pax et charitas adimplauerit.

3. Charissimi, omnem sollicititudinem faciens scribendi vobis communem vestram salutem, necesse habui scribere vobis; deprecans supercertari semel tradicantis fidei.

4. Subiutoriērunt enim quidam homines (qui olim prescripti sunt in hoc iudicium) impi, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum Dominum et Dominum nostrum Iesum Christum negligentes.

5. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia quoniam Iesu populum de terrā Egypti salvans, secundò eos qui non crediderunt, perdiderunt;

6. Angelos verò, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni dei, vinculis aeternis sub caligine reservavit;

7. Sicut Sodoma, et Gomorrha, et finitima civitates simil modo exforiate, et abeunte post carnem alteram, factae sunt exemplum ignis aeterni, poenam sustinentes.

8. Similiter et hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, majestatem autem blasphemant.

9. Cum Michael archangelus cum diabolo disputauit

CHAPITRE UNIQUE.

1. Jude, serviteur de Jésus-Christ, et frère de Jacques, à ceux qui Dieu le Père a aimés, et que Jésus-Christ a conservés par sa vocation;

2. Que la miséricorde, la paix et la charité s'augmentent en vous de plus en plus.

3. Mes bien-aimés, ayant toujours souhaité avec une grande ardeur de vous écrire touchant le salut qui nous est commun, je m'y trouve maintenant obligé par nécessité, pour vous exhorte à combattre pour la foi, qui a été une foi laissée par tradition aux saints.

4. Car il s'est glissé parmi vous certaines gens dont il avait été prévu, il y a longtemps qu'ils tombaient dans ce jugement: gens impies, qui changent la grâce de notre Dieu en une licence de dissolution, et qui renoncent Jésus-Christ, notre unique maître, et notre Seigneur.

5. Or je veux vous faire souvenir de ce qu'autrefois sans doute vous aurez appris, qu'après que le Seigneur Jésus eut sauvé le peuple d'Israël, en le résistant de l'Egypte, il fit périr ensuite ceux qui furent incrédules.

6. Et qu'il retient liés de chaînes éternelles dans de profondes ténèbres, et qu'il réserve pour le jugement du grand jour les anges qui n'ont pas conservé leur première dignité, mais qui ont quitté leur propre demeure:

7. Et que de même Sodome et Gomorrha, et les villes voisines qui s'étaient débordées comme elles dans les excès d'impureté et s'étaient portées à abuser d'une chair étrangère, sont devenues un exemple du feu éternel par la peine qu'elles ont soufferte.

8. Après cela néanmoins, ces hommes souillent la chair par de semblables corruptions, et ils méprisent la domination, et maudissent ceux qui sont élevés en dignité.

9. Cependant l'archange Michel, dans la contesta-

alteraretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemie; sed dixit: Imperet tibi Dominus.

40. Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blasphemant; quæcumque autem naturaliter, tanquam muta animalia, nōrunt, in his corrumpuntur.

41. Væ illis, quia in via Cain abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt, et in contradictione Core perierunt.

42. Hi sunt in epulis suis macula, convivantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ a venient circumferuntur, arbores autumnales, infruituose, bis mortue, eradicate,

43. Fluctu fari mari, despumantes suas confusiones, sidera errantia: quibus procella tempestrarum servata est in aeternum.

44. Prophetavit autem et de his septimus ab Adam Henoch, dicens: Ecce venit Dominus in sanctis milibus suis,

45. Facere iudicium contra omnes, et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiegerunt, etde omnibus duris quæ locuti sunt contra Deum peccatores impii.

46. Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, et os eorum loquitor superba, mirantes personas questus causa.

47. Vos autem, charissimi, memorate verborum que predicti sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi,

48. Qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietibus.

49. Ille sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.

50. Vos autem, charissimi, superedificantes vestimentos sanctissime vestre fidei, in Spiritu sancto orantes,

51. Vosmetipso in dilectione Dei servate, experientes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam eternam.

52. Et nos quidem arguite iudicatos;

53. Illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore; odientes et eam, quam carnalis est, maculatum tunicas.

54. Et autem qui potens est vos conservare sine peccato, et constitutio ante conceptum gloria sue immaculatos in exultatione in adventu Domini nostri Iesu Christi.

55. Soli Deo Salvatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum, gloria et magnificentia, imperium et potestas ante omne seculum, et nunc, et in omnia secula seculorum. Amen.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — JUDAS. Hebraicè dicitur quasi filius confessionis, seu laudis: unde Lia mater primi patriarche Iude filio suo nomen Iude imponens dixit: Modo confitebor Domino, et ob hoc vocavit eum Judas. Genes. 29, v. ult. IESU CHRISTI SERVUS, in ministerio

tion qu'il eut avec le diable touchant le corps de Moïse, n'osa le condamner avec exécration; mais il se contenta de dire: Que le Seigneur te réprime.

10. Au lieu que ceux-ci condamnent avec exécration tout ce qu'ils ignorent, et se corrompent en tant qu'ils connaissent naturellement, comme les bêtes irrationnelles.

11. Malheur sur eux , parce qu'ils suivent la voie de Cain, et qu'étant trompés comme Balaam, et empêtrés par le désir du gain, ils s'abandonnent au dérangement, et qu'imitant la rébellion de Coré, ils périront comme lui.

12. Ces hommes-là sont le déshonneur des festins de charité, lorsqu'ils y mangent avec vous sans aucune retenue: ils n'ont soin que de se nourrir eux-mêmes; ce sont des nuées sans eau, que le vent emporte ça et là; ce sont des arbres qui ne fleurissent qu'en automne, des arbres stériles, doublement morts et déracinés.

13. Ce sont des vagues furieuses de la mer, d'où sortent, comme une écume sale, leurs infâmes: ce sont des étoiles errantes, auxquelles une tempête noire et ténébreuse est réservée pour l'éternité.

14. C'est d'eux qu'Hénoch, qui a été le septième depuis Adam, a prophétisé en ces termes: Voilà le Seigneur qui va venir avec une multitude innombrable de ses saints,

15. Pour exercer son jugement sur tous les hommes, et pour convaincre tous les impies de toutes les actions d'omièt qu'ils ont commises, et de toutes les personnes injurieuses que ces pecheurs impies ont proférées contre lui.

16. Ce sont des murmuretores qui se plaignent sans cesse, qui suivent leurs passions, douent les discours sur pleins de faste et de vanité, et qui se rendent admirateurs des personnes, selon qu'il est utile pour leur intérêt.

17. Mais pour vous, mes bien-aimés, souvenez-vous de ce qui a été prévu par les apôtres de notre Seigneur Jésus-Christ.

18. Qui vous disaient qu'aux derniers temps il s'élèverait des imposteurs, qui suivraient leurs passions déréglées et pleines d'impétus.

19. Ce sont des hommes qui se séparent eux-mêmes, hommes sensuels qui n'ont point l'Esprit de Dieu.

20. Mais vous, mes bien-aimés, vous éleviez vous-mêmes comme un édifice spirituel sur le fondement de votre très-sainte foi, et priant par le Saint-Esprit.

21. Conservez-vous en l'amour de Dieu, attendant la miséricorde de notre Seigneur Jésus-Christ pour arriver la vie éternelle.

22. Reprenez ceux-ci après les avoir convaincus;

23. Sauvez ceux-là, en les tirant du feu. Ayez compassion des autres, en craignant pour vous-mêmes; et laissez comme un vêtement souillé tout ce qui tient la corruption de la chair.

24. A celui qui est puissant pour vous conserver sans péché, et pour vous faire comparer devant le trone de sa gloire pure et sans tache, et dans un ravissement de joie, à l'avénement de notre Seigneur Jésus-Christ;

25. A Dieu seul notre Sauveur par notre Seigneur Jésus-Christ, gloire et magnificence, empire et force, ayant tous les siècles, et maintenant, et dans tous les siècles des siècles. Amen.

et munere evangelico. Non apostolum, sed servum Iesu Christi se nominat; humilitatem Jacobi fratris sui imitatus, qui Epistolam suam eodem modo incipit. FRATREM AUTEN JACOBI, minoris, episcopi Ierosolymitan. Nomen autem fratris sui exprimit ut doctrinam

quam commendabiliorum redderet, inquit OEcumenius, quia Jacobus celeberrimus et maximè auctoritatis erat, nec Judas moribus et doctrina poterat videtur dissimilis, cui sanguine tam esset conjunctus. Id è autem Jacobus tam celebris et omnibus presertim Judeis et proselytis notissimus erat, quia ex toto orbe terrarum singulis annis multi Jerosolymam ad celebratitudinem paschalem, Pentecostes, et Tabernacula confundebant: unde ad eos excipendum, et rudimenta fidei christiane instillando illis qui audire velint, judicaverant apostoli necessarium esse ut aliquis ipsorum sedis figeret Jerosolymam. His qui sunt in Deo PATRE DILECTIS; ita scribi qui de Patrem sunt ab aeterno dilecti et electi è massa damnationis: præcipuum enim cura apostolorum et evangelizantium est fidem dilectis et electis à Deo Patre annuntiare, et executioni divinae praedestinaciones, quia trajicuntur in vitam aeternam, cooperari: minor autem de reprobus sollicitudo, quis sciebat nulla ratione quoque perduendos esse: modo Petrus solis electis Ponti, Galatas, etc., scribit 1 Pet. 1, vers. 1; et Paulus dicit se omnia sustinere propter electos, ut salutem consequatur cum gloriam coeli, 2 ad Tim. 2, v. 10. Graecus tamen hodiè non dilectis, sed sanctificatis legit, quo significatur non externa dilectio, sed sanctificatio per gratiam, que in tempore fit: sed OEcumenius legit dilectis, sicut noster interpres. Et CHRISTO IESU CONSERVATIS, à patre, qui segregavit eos à massa damnationis, et conservavit ne perirent cum cetera massa, sed traderet eos Filio suo Christo per meritum passionis ejus ad vitam aeternam perduendos: unde Filius ipse ad Patrem de iis loquens: Manifestavi, inquit, nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: tui erant, et mihi eos dedisti, Joan. 17, v. 6. Et VOCATIS, et idèo per Christum et apostolos ejus ad fidem christianam vocatis: quia enim ab aeterno dilecti, et Christo à Patre serviati, idèo in tempore ad fidem et gratias efficaces vocantur, per quas infallibilitatem in vitam aeternam trajicuntur. Hinc potest quin magna sit hoc electorum salutatio: cui similem S. Paulus in omnibus suis Epistolis nullam habet, nisi ad Rom. 1, v. 7, ubi ait se scribere dilectis Dei, vocatis sanctis; sed S. Judas insuper addit dependentiam quam habent a Christo, cum dicit eos Christo IESU CONSERVATOS esse. Quia vero Graecus sine conjugione et legit vocatis, multa sic vertunt et verba ordinant: Judas, etc., vocatis in Deo Patre dilectis et Iesu Christo conservatis, ut a temporali vocazione sursum ascendant ad aeternam dilectionem et conservationem.

VERS. 2. — MISERICORDIA VOBIS, ET QUIDAM HOMINES; occuliti et furtini irreverenti in societatem fidelium sub pretextu religionis quidam heresiarchæ. Et hec est necessitas quæ se compulsum fuisse ad scribendum dixit, periculus nempe quod ipsi imminebat, a falsis istis prophetis. QUI OLIM, non tantum nuper à Christo et apostolis, ut Matth. 24, v. 24; 2 Pet. 2, v. 1; 2 ad Timoth. 3, v. 2; sed etiam olim tempore veteris Testamenti; PRESCRIPTI SUNT, id est, antea descripsi et prefigurati sunt: ne nimis admiremimi, et putetis sine divina providentia talia jam evenire: nam pseudopropheta Iudeorum figura hereticorum novi Testamenti fuerunt; et qui post exitum ex Egypto, et transiit maris Rubri propter rebellionem in Moysen et Deum perierunt in deserto, hereticos nostri temporis pre-

garunt, qui fide imbuti et aquis baptismi à peccatis abutti deficiunt à fide et in eternum perirent. Is nocturnum, quod Deus in eos exercet in hoc et futuro seculo: hic enim propter superbiam, libidinem, aut graviam peccata, sinit eos in heresim labi, et deinde in damnationem eternam incidere. Quidam olim prescripti sunt, interpretantur ab aeterno scripti inter reprobos in libro mortis, sicut electi descripsi dicuntur in libro vite, non una tamen eodemque modo: nam praevisio peccati scriptiōne in libro mortis antecedit; praeviso boni operis scriptiōne in libro vite sequitur: falsum enim et impium est quod Beda hic ait, sic decretum et sancitum à Deo esset ab aeterno reproborum condemnationem, ut decreto istud et scriptio in libro mortis omnes causas ordine antedictari: si enim ordine praevisionem peccati antedicitur, Deus gratia et sine causa hominem damnat, et in creaturam suam tyrannidem exercet, quidquid Beza et Calviniste factum istud Dei concenserunt excusare. Intra, a pietate et charitate Creatoris aversi, et amore perverso ad seipso conversi; DEI NOSTRI GRATIANI; Evangelium et doctrinam legis novae; loquitor enim magis de gratia aeterna que auribus excipitur, quam de interna que cordi infunditur; TRANSFERENTES IN LUXERIAM, perversa libertatis evangelice interpretationes putantes se gula et libidinibus posse licet indulgere, quia Christus eos à servituē legis liberavit, cum tam non à servituē legis nature, sed à iugo concupiscentia carnalis per gratiam suam nos liberet, ut gula et libidinibus resistere valeamus. Tales in principio Ecclesiae erant haeresiarche Simon, Nicolaus, Cerinthus, Ebion, Valentinus, ad quos aliqui Indiens etiam S. Petrus: Quasi liberi, inquit, non quasi velut malitiæ habentes libertatem, 1 Pet. 2, v. 16. Talis postea Jovianus de monachio factus cupidarius, at S. Hieronymus, coetus haeresis irridens: Quis non liberetur audiat, inquit, manducemus et bibamus ei in eternum regnabimus? Idem Lutherus et Calvinus dici potest, qui licet bona opera interdum predicent, et una manu astruunt; altera tamen destruunt quando docent gratiam baptismi semel susceptam nullis flagitiis et criminibus posse amitti, sed tanquam ignem sub cineribus permaneant, et tandem ad vitam eternam perdurent. Et SOLUM DOMINATOREM; Graecè: Solum dominatorem Deum. Alii virtutum solum herum quia vox Graeca δεσποτης significat dominatorem in familiâ, estque correlativum servi: licet frequenter latius accipiatur. Dicitur autem Christus solus dominator, non excludendo Patrem et Spiritum sanctum, quia regula apud theologos est quod dictio exclusiva adjuncta tam essentialibus sanctissima Trinitatis quam relativis communibus ad extra, aliam personam non excludat: dominator autem et dominus, creator, gubernator, etc., sunt relativa ad extra toti Trinitati communia. ET DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM; Dominum, Graecè κυριον, non tantum relationem ad servum, sed potestatem jurisdictionis et legislativam quia regnum gubernatur significat: unde S. Judas dominatorem, seu herum, et dominum hic distinguunt;

NEGANTES; nam heretici illi credebant Christum esse purum hominem, non Deum, Dominum et dominatorem universi: unde hic locis plurimum valet contra Arianos; ut proinde male Erasmus, et quidam alii dominatorem Deum referant ad Patrem, non ad Christum: est enim in Graeco unicus in principio ante verem solum articulus, qui omnia nomina sequentia afficit; quod signum est omni de eodem Christo dici. Unde sic veri potest: Illum, qui solus est Dominator Deus et Dominus noster, Iesum Christum negantes, ubi tam Dominator Deus, quam Dominus noster, Christo attribuuntur.

VERS. 5. — COMMONERE AUTEM VOS VOLO, in memoriā vobis revocare volo exempla quadam temporum præteriorum; SCIENTES SEMEL OMNIA, licet ista, et omnia necessaria ad salutem probé scias, ex doctrinā fiduci semel et universum ab initio vestre conversionis vobis traditi, nec necesse sit vos audire a nobis magistris tanquam sanctiora, inquit Beda; QUONIAM IESUS, Graecè Dominus, quoniodò propriè in novo Testamento Christus appellatur, quia prius sui sanguinis tanquam servos nos emit: unde ut interpres indicaret quis esset ille Dominus, veritatis Iesus. Male ergo quidam hic intelligent Iesum filium Nun, quem septuaginta Interpretes Iesum filium Nave appellant: nam non ipsius, sed Mosis ministerio, Dei filios Israel eduxit ex Egypto. POPULUM (Israeliticum) DE TERRA EGYPTI, ex servitute Egyptiacâ, SALVANS; Graecè cum salvasset, educuit per mare Rubrum, et submergendo hostos qui eos in servitudine retrahere volebant, Exod. 14. Hinc patet Deum qui Moysi loqueatur, et per ipsum Israelitas ex Egypto liberavit, fuisse Iesum Christum dominum nostrum, sive angelum illum Moysi familiarem gessisse personam Christi potius quam alterius persone SS. Trinitatis: ut proinde Christus, interpretetur hic Didymo, merito dixerit: Moses de me scripsit, Joannis 5, v. 46; quanquam S. Augustinus, lib. 16, cap. 22, contra Faustum, verbis ista Christi ad universum librorum Moysis historiam extendat, in qua sub veteri Testamēto figuris gratiae Christi et novi Testamēti mysteria describit. Sicut autem Christus verè dixit: Antequam Abraham feret, ego sum, Joan. 8, v. 58, propter personam suam divinam que fuit ab aeterno; ita propter eandem personam divinitatem salvavit olim populum de Egypto. Salus autem et liberatio ista ex servituë. Egypti typus fuit majoris liberationis quam idem Salvator in corpore assumptus genus humanum ex servituë diaboli erexit salutem et felicitate aeternâ erat salvator. SECUNDO, postea ac secunda vice, eos qui nos CREDERUNT, Dei ac Moyi promises diuinis eis annuntianti, PERDIDIT, vario generis mortis affect in deserito: omnes enim qui in egressis ex Egypto numerati fuerant a viginti annis et supra, praeter Iesum et Caleb, cedibus aut morbis interfecti sunt, ne terram promissionis intrarent, Num. 14, v. 29, etc., aliquos enim ignis absumpit, Num. 11, v. 1; alios terra devoravit, Num. 16, v. 31; etc. Hoc autem exemplo tacite eos monet S. Judas quod simili modo qui perba-

ptismum tanquam per medias maris undas pervenient in desertum, id est, vitam ab omnibus vitiis secretam agere cooperant, ut interpretatur Beda, aeternâ tamen morte à Deo interficiendi, nec ad promissam regni patriam pervenient sint, sà fide deviando, vel male agendo, in Aegyptum corde revertantur: quod et altero exemplo jam demonstrat.

VERS. 6. — ANGELOS VERO; tam severa enim est Dei justitia, ut nobilissimis etiam illis creaturis peccatis non parcat; QUI NON SERVAYERUNT, cum tam facile potuerint, quia Deus creans naturam largitus etiam fuerat gratiam quā possent sum principatum, dignitatem et eminentiam gradus, ad quam corum natura per supernaturales dotes evecta fuerat: unde de Lucifero rebellium istorum angelorum principe sub tipo regis Tyri dicitur: Tu sanguinem similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decor, in delictis paradisi Dei fuisti, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vitiis tuis à die conditionis tuae, Ezech. 28, v. 12, etc. Erasmus et alii vertunt: Non seruerverunt suum originem, id est, justitiam et dignitatem suam originalem, in quā à primā origine conditi et creati fuerant. SED DERELICERUNT, peccato et superbiendo adversus Deum relinquere coacti sunt, rudentibus inferni inde detracti in tartarum, ut loquitur S. Petrus, 2 Pet. 2, v. 4; et de Lucifero sub tipo regis Babylonis: Detracita est ad inferos superbia tua, sit Isa. 14, v. 11. DOMICILIUM SUUM, Graecè, domicilium proprium, conveniens naturae suae, quo sicut toti naturae corporeae presidet, ita in supremo celo creari debuit, ut S. Thomas, 1 part. quest. 61, art. 4; et scholastici communiter docent: quod etiam indicavit videtur Ezechiel 28, vers. 13 et 14, ubi regem Tyri, id est, typicè Luciferum, allocuens ait: In delictis paradisi fuisti, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti. Nec videtur magnum inconveniens si angeli mali peccasse dicantur in celo empyreio, cum etiam Adamus peccaverit in paradise. S. Augustinus tamen, lib. 5, cap. 10, de Genesi, dubitat; et angelos malos ante transgressionem ait fortasse in superiori parte aeris in confuso coeli luminosi habitasse: que videtur etiam sententia S. Hieronymi explicantis illud: In celum condam, super astra Dei exaltabo solium meum, Isa. 14, v. 15. Vicina quoque est opinio Innocentii III, et ex recentioribus Lorini et Suarez, qui omnes angelos bonos et malos in celis sydereis infra empyreum creatos fuisse existimant; sicut Adam extra paradise formatus, et postea in paradise translatus est. IN JUDICIO MAGNI DEI, ut judicent et condemnent, quando Christus in fine seculi homines et angelos judicatores est: qui dies magnus et celeberrimus erit omnium creaturarum rationalium ante idem tribunal comparitione; VINCOLIS AETERNA, omnipotenti Dei eos ligante tanquam vinculis indissolubilibus, et in aeternum duraturis: licet enim daemones in extremo iudicio comparituri, absolvendi sunt tantisper a loco inferni, ubi ante reclusi erant, et jam etiam aliqui per aeren vagentur non alligati actualiter igni gehennali, ut ait S. Th., 1 part., q. 64,

art. 4, ad 5; secum tamen ferunt vincula poenitentiarum, et ambulant in catenis obligationis, quā mox in tartara retrahendi sunt; SUB CALIGINE, infernali: licet enim ibi sit ignis, fumo tamen et caligine involutus est; idēque S. Basilus τὸ πλάνα, id est, ignem sine luce appellat; RESERVAVIT: Aliqui enim demones usque ad diem iudicij sub illa caligine ligati, in quam omnes omnino post primum eorum peccatum precipitati sunt, reservantur; etiamjam per dispensationem ut loquitur S. Th., quidam per aeren hunc caliginosum ad exercitationem electorum et supplicium reproborum vagari sinuntur. Vide quae de cādēm re dicuntur, 2 Pet. 2, v. 4. Hoc igitur secundo exemplo se veritatis Christi haereticos terret S. Judas: si enim angelis, creaturis naturae et gratia dobitus nobilissimus, non pepercit, nec hominibus superbis parcat, qui sum principatum, id est, gratiam adoptionis filiorum Dei, non servaverunt, et domicilium suum, id est, Ecclesie unitatem, inquit Beda, dereliquerunt.

VERS. 7. — SICUT SODOMA ET GOMORRA, quae erant duae praeceps civitates Pentapoleos, sive circuli quinque civitatum in amoenissima parte Terra Sancta, ubi jam est mare Mortuum in finibus sortiti tribus Jude, ut 2 Pet. 2, v. 6, diximus; ET FINITIME CIVITATES, nempe Adams et Seboim, Deut. 29, v. 23. Graecè: Et circa eas, civitates; alię civitates minores, quae in circulo illo Pentapoleos Sodomam et Gomorrhā circumdabant, ut filiae suas matres, sive metropoles, more loquendi Scriptura, que oppida minoria et vicos majorum urbium appendices filias carum vocare solet, ut Mach. 5, v. 8, v. 65, etc. Licet autem Scriptura quinque tantum civitatum meminerit, Sodoma, Gomorrah, Adams, Seboim, et Segor; Strabo tamen tredecim oīm fuisse commemorat. SIMILI MODO, sicut Sodoma et Gomorrah, EXFORNICATAE, extra modum à natura instituta fornicatae, ut masculi cum masculo, femina cum feminâ; cum fornicatis masculi cum feminâ naturalis sit; idēque longè minus peccatum quam sodomitâ. ET ABENTES, affectu cordis, et pedibus corporis ad satiandam libidinem suum nefandam currentes, POST CARSEM ALTERAM, aliam quam natura ad generationem prolis institerit; sive post carnem alienam à naturali concubitu; qualis est quando masculus post masculum currit, sicut Sodomites post angelos, quos adolescentes masculos esse credebant, Genes. 19, v. 4. FACTA SUNT EXEMPLUM; Graecè: Propositi sunt exemplum; toti posteritati propositi sunt in exemplar et typum quandam; in quo tanquam in imagine omnes exfornicatores et impii videant penas aeternas quas postea sustinebunt in inferno: unde addit: IGNIS ETERNA (in imagine et typo) POENAM SUSTINETE; ignis enim et pluvia sulphurea quā Sodomite absumpsi sunt, fuerunt imago et typus aeternarum inferni poenarum quas in stagno ignis et sulphuris impii sustinebunt, Apocal. 20, v. 9. Caelestus ignis Sodome et Gomorrah aeternam dici putat, non quia sit imago ignis aeterni infernalis, sed quia combustio terræ Sodomorum, inquit, usque ad

finem mundi permanebit: quod tamen incertum est, quia tractus ille maris Mortui non est hodie tam fodus et ambustus quam veteres historie narrant, ut 2 Pet. 2, v. 3, ex relatione eorum qui in Terram Sanctam nuper peregrinati sunt, retulimus.

VERS. 8. — SIMILITER ET MI, Simoniani et Nicolaite similes Sodomiti, et illi deteriores, quia Sodomita sine fide, et sine Deo, isti vero post susceptum fidei et baptismi gratiam talia perpetraverunt. Gracius addit satis, vel, ut alii vertunt, somniantes. Similes sopitis et somniantibus, in quibus ratio honesti dormit, sed omnia cogitanti et operantur secundum instinctum imaginationis et appetitus animalium, ut bruta animania. Gagnans vero, et quidam alihi hoc verbum sic interpretantur, quasi non sufficerit illi hereticis tempore diuino et vigilie in suis turpitudinibus voluntari, sed etiam procurarse ad tempore somni polluerentur: erant enim spuriissimi et perditissimi homines; unde ut sine pudore etiam talia perpetrarent, dicebant quendam mysteria rerum divinarum sub illis turpitudinibus latere: turpia enim vehementer turpia faciunt quasi mystico modo qui Simonis Magi sectam sequuntur, at Didymus: isti enim erant de quibus S. Paulus ait: *Quae in occulto fuit ab ipsis, turpe est et dicere*, ad Eph. 5, v. 12: unde Borborite, id est, lutosi et sordidi, cognominati sunt. CARNEM QUIDEM MAGULANT, id est, non tantum animam, sed etiam cariem et corpus sumum omni libidinibus fodiante conspurcant; nam: *Qui fornicatur, in corpus suum peccat*, ait Apost. 1 ad Cor. 6, v. 18; DOMINATIONEM AUTEM SPERNUNT, id est, eos qui dominium iurisdictionis, et regimen super ipsis, sive in Ecclesiis, sive in seculo habent, et Deum ipsum in suis ministeriis contument: unde sicut libidine similes sunt Sodomiti, ita superbii et superiorum contemptu similes Luciferi et angelis contra Deum se elevantibus, qui ideo principatu et domicio suo ejecti sunt, ut ante dixit: MAJESTATEM AUTEN BLASPHEMANT, id est, maledicunt quidquid in Ecclesiis vel seculo magnum et gloriosum est. Similiter etiam superbiam in sectariis nostri temporis, praecepit Calvinista hodiis est advertitur, qui reges et principes non tantum maledictis proscindunt, sed etiam regnū et principatus, quando possunt, eos exulant, et regimen monarchicum, aut aristocraticum in democraticum convertere ubique nituntur, ut plebs et populi facti non a capite aliquo illustriori, sed a seipso regatur: sicut in Belgio, Anglia, Germania, Gallia, multis exemplis ostendi potest, unde non de nibilo quidam existimant hereticorum nostri temporis figuram gessisse locutas istas infernales, super quarum capita erant corone similes auro, Apoc. 9, v. 7; in regime enim democratico, ubi plebs regit et regnat, singuli de plebe coronas aureas tanquam reges in capite gestare videntur.

VERS. 9. — CUM MICHAEL ARCHANGELUS, ille qui populo Israelitico ex terra Aegypti in terram promissionis duxit, et cum Moyse loquebatur in persona Dei. An vero iste Michael fuerit archangelus ex supremo ordine seraphinorum, et omnium angelorum

princeps, controvertunt valde theologi. Aliqui id affirmant, et multis argumentis in 2, dist. 10, probare initur Estius: nam Michael qui olim princeps militiae celestis, Apoc. 12, v. 7, pugnavit cum dracone Lucifero, exclamans: *Quis ut Deus?* (unde et nomen Michaelis accepit) omnium ferè consensu putatur fuisse supremus seraphinorum qui in veritate stetunt: nihil enim probabilius cogitari potest quam adversus Luciferum, qui erat ex ordine seraphinorum, alterum seraphinum pro zelando honore conditoris surrexisse, et ceteris angelis bonis ducem in hoc bello se prebuisse. Verum S. Dionysius, S. Thomas, et plurimi negant hunc supremum angelum, primus illius militie celestis ducem, fuisse olim custodem et rectorem Synagoge; sed alius ex supremo ordine infima hierarchie, qui vocatur ordo principatum: infra enim ordinis angelorum sunt illi qui ordinariē ad homines mitti solent, non autem supremi illi qui sunt ex ordinibus assistentium. Unde duos Michaels distinguere oportet; unus est ex supremo ordine seraphinorum, quo dux factum est prelium illud magnum in celo cum draconi et angelis ejus, Apoc. 12, v. 7; alter est ex supremo ordine infima hierarchie, princeps et defensor olim Synagoge, de quo hic loquitur S. Judas, nunc vero Ecclesie Christi in terris protector. Vocabut autem nomine alterius primaria et seraphici Michaelis, quia sicut ille Dei auctoritatem et maiestatem adversus Luciferum olim defendit in celis, ita iste eadem tanquam princeps omnium Angelorum Ecclesie militantis propagavit iam in terris. Vocabut autem archangelus, non quia ex ordine secundo infima hierarchie, que specialiter archangelorum vocabut, sed quis est angelus princeps, qui alios angelos minores infra se habet. CUM DIABOLO BISPUTANS, cum Lucifero, sive principe diccionum, qui specialiter diabolus, id est, calumniator, vocabut, quia omne ejus studium est Dei maiestatem calumniari, et homines per se vel per suos ministros cacodemonas ad calumnias et blasphemias similes excitare. Nomen autem diaboli esse ei appropriatum patet ex Matth. 25, 41: *Qui paratus est diabolo et angelis ejus*; item Apoc. 12, v. 9: *Serpens antiquus qui vocabut diabolus et Satan*. ALTERCARET DE MOysi CORPORE, quod diabolus palam sepeliri volebat in monte Nebo, ubi Moyses mortuus erat, Deut. ult., v. 5; sperbat enim diabolus Iudeos inducere ad cultum idololatricum corporis Moysis, cuius apud eos tanta fuerat auctoritas: et ideo Michael populi dux et custos ei restitit, et corpus ex monte Nebo transluit in vallem terra Moab contra Phagor (Hebraeum, contra domum seu templum Peghor), ibique eum nullo mortalium consciente sepelivit; unde: *Non cognovit homo sepulcrum ejus usque in presentem diem*, Deut. ult., v. 6. Dicitur autem ibi Dominus sepelisse Moysen, quia Michael personam Domini gerebat. Quidam tamen causam alterationis inter Michaelem et diabolum aliam fuisse conjectant, quia diabolus, inquietus, in valle illa Moabitum in idolo Phagor, seu Peghor (quem multi Priapum fuisse dicunt) colebat; ideo metuebat ne

cultus ejus ex vicinia sepulcri Moysis turbaretur. Unde autem historiam istam de disputatione Michaelis cum diabolo accepterit S. Judas, incertum est; in Scriptura enim sacrâ nulla ejus rei est mendacio. Aliqui putant fuisse traditionem rabbinorum. Origenes dicit descriptionem fuisse in libro veteri apocrypho, qui vocabatur Ascensio Moysis, scilicet in monte Nebo, ut ibi moret: quem librum male hic Erasmus confundit cum libro Enoch, de quo mox, v. 14. Quidam, ut refert Beda, putant S. Judan non ad evadere Moysis hic resurrexisse, sed populus Israeliticum appellasse corpus Moysis, sicut respubica dicitur corpus quod a principe suo gubernatur sicut corpus à sua anima, et solum retulisse historiam scriptum Zacharias 5, v. 1 et 2, ubi angelus Michael populi protector adjuvans Iesum sacerdotem volet populum ex captivitate liberari, nollebat autem Satan: unde dixit ei Dominus: *Increpet Dominus in te, Satan*. Verum verba ista increpet, aut imperet tibi Dominus, S. Judas hinc narrat prolatas fuisse à Michaelis archangelo; apud Zachariam vero proferuntur à Domino ipso, cuius personalis à personali angelis Zacharias distinguunt. Non est autem; veritas est, cùm tamen posset, sed maluit crederem in nobilitatem creaturâ sua, quantumvis peccatrices, reveri; JUDICUM INFERRE BLASPHEMIA, jacere in ipsum judicium, seu sententiam maledicunt, etiam si propter ipsius impudentiam maledicere ei potuerit; si enī Ecclesie ministri audient demonis maledicere quando per exercitos ex energemis ejiciunt. Erasmus verit: *Non ensis est ei impingere notam maledicti*, accipiens judicium, seu sententiam (nam *zepirus* utrumque significat) metonymice pro nota infamie que per judicium et sententiam aferri inquiritur. Sed hix, non maledicendo ei, sed sermone molliori impudentiam et importunitatem ejus comprehendit. IMPERET TIBI DOMINUS; GRACIE: *Increpet te Dominus*, quoniam idem verbum Gracum verit interpres, Luc. 4, v. 41; sicut Marc. 10, v. 15, verit comminari. Significat ergo cum increpatione et minus aliquid alicui imperare. S. Michael ergo noluit sua auctoritate et minus compescere diabolum, sed reliquit Domino iudicium, et sit Ocumensis, oravitque ut ipse cum divina sua auctoritate compesceret.

VERS. 10. — HII AUTEM, Simoniani et Nicolaite, hominibus lutei et spuriissimi, nobilissimo archangelo Michaeli adiutores; quecumque quidem ignorant, quidquid de mysteriis fidei et christianarum virtutum praestantia docemus, quod eorum libidini et nequitia non placet, ideoque illa scire non curant, ut mysterium incarnationis, castitatis et temperantiae honestatem, concupiscentiam mortificationem, honorum operum necessitatem, etc., BLASPHEMANT, maledicunt et conviciis incessunt; quecumque autem naturaliter, id est, per naturales et animalia suos sensus, recte ratione in iis sopita; TANQUAM MUTA (Gracie, irrationalia) ANIMALIA NORUNT, potissimum sensitivitatem et experientiam, maximè tactus et gustus, quorum sensuum voluptatibus instar canum et porcorum se inquinabant

150 socii Core perierunt, Num. 16, v. 35: ignis enim iste fuit typus et imago aeterni ignis quo seditionis et pratali Ecclesie rebellibus aliquando in inferno ardebunt. An autem Core totius rebellionis caput perierit illo igne cum 250 proceribus, ac hiato terre cum Dathan et Abiron, Num. 16, v. 52, dubitant interpres. Jansenius Gaudensius, Eccles. 45, quem hic et Num. 16 sequitur Estius, putat Core igne perisse, sed hiato terra potius absorptum videtur aperire narrari, Num. 26, v. 10; nec repugnat textus Hebreus ad quem appellant, etiam si non tam aperiē hoc dicat quam Latina S. Hieronymi versio. In tribus istis, Cain, Balaam et Core, invidia, avaritia et ambitione hereticorum notatur: nam ex invidia quā melioribus invident, sit Beda, nomen doctorum sibi assumunt, et amore terrestrium bonorum agitant ve-

ritatem impugnant, et indebitum primatum ambientes se ab unitate Ecclesie separant.

VERS. 12. — *Ht sunt in epulis suis macule*, inter epulandum non tantum fodi et maculosi, sed ipse macule, in quibus nulli est puri et sinceri. *Grecē : Ht sunt in agapis vestris maculae*. Agape autem erant epula et convivia charitatis, ad quae olim conveniebant Christiani, divitibus præbentibus necessarium sumptum pro se et pauperibus : his autem sanctis Christianorum convivis miscelant se interdum Nicolaitæ et heretici occulti, tanquam corvi inter olores, et atque macula in candida veste, voracitate, ebrietate, petulantia et dissolutione vita à sanctis convivis plurimum dissimiles. Beda putat *maculas vocari*, quia alios fœdis suis moribus aspergabant et maculabant. *Gagnæus* tamen, *OEcumenum secutus*, verbum *Grecum στύλας*, non *maculas*, sed *scopulos* interpretatur, ad quos sub aquis latentes alligatae naves naufragium faciunt. Sie Cacholici qui in conviviis et alibi familiare hereticis se affircent, ad ipsos tanquam ad scopolos fidei naufragium sep̄ faciunt. Sed melius interpres noster *maculas* vertit, ut colligit ex 2 Pet. 2, v. 15; unde S. Judas hanc sententiam accepit : vox enim *ext̄es* quā uitio ibi S. Petrus, *maculam* tantum, non *scopulum* significat. *CONVIANTES SIN TIMORE*, epulantes in convivis dissoluto et petulantia, apertæ et hiante gula, sine ullo divini Numinis timore et respecto, sicut faciunt illi qui voloptates gula licitas esse credunt, ut Epicurei et Pelagiani : qui verò scientiam sanctorum eruditæ sunt, cum timore et tremore convivantur; sic Tobias junior cum uxore et socio ac amicis convivis nuptiarum cum timore Domini exercabant, Tob. 9, v. ult. Cum enim salus corporis sit causa edendi ac bibendi, adjungit se tanquam pedissequa periculosa jucunditas, ait S. Aug., lib. 10, cap. 51, Confess., quæ præire conatur, ut ejus causâ fiat quod salutis causâ me facere vel dico vel volo. Hoc autem me docuisti, Domine, ait, ut quemadmodum medicamento, sic alimenti sumptuaria accedam. Unde freni gutturis temperatæ relaxatione et constrictione tenendi sunt. Et quis est, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatibus? Quisquis est, magnus est, magnificet nomen tuum. Ego autem non sun, quia peccator homo sum. *Ebrietas longè est à me, misereberis ne appropinquet mihi*: erupulis autem nonnunquam subrepti seruo tuo, misereberis ut longè fiat à me: nemo enim potest esse continens nisi in deo. *PASCENTES SEMETIPSO*, non oves suas spirituali alimento, sicut boni pastores solent, sed ventres suos corporali cibo et deliciis pascentes: minima enim ipsa est cura spirituali profectus suarum ovium, modò lac et lanam accipiant: qualibus pastoribus va. aeterno damnationis interminatus propheta: *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipso*: nonne greges à pastoribus pascuntur? *Lac comedebatis, et lani cooperabamini*, etc., Ezech. 54, v. 2. Alii vertunt, regentes semetipso, id est, homines impatiens regimini superiorum, sed seipsos secundum suum beneplacitum regere volentes. Verbum autem Gracum

quod propriæ *pascere*, metaphorice etiam *rege* significat, ut : *Pasce oves meas*, Joan. ult., v. 16. Sed hoc loco *pascere* melius propriæ quam metaphorice accipiatur. *Nubes sine aqua*; efflent se in alium sicut nubes, et cathedras magistrales ascendunt, promittentes discipulis suis salutaris doctrine pluviam, cum nubes aridae et steriles sint, et caliginem tantum, non aquam fundant. Multa etiam hodie de Evangelii sui puritate, de Christianæ religionis reformatione, de salute eternâ faciliter per solam fidem sine operum necessitate obtinenda garrant et promittunt nostri sectari, cum nihil horum prestant, sed tenebras tantum miseris animabus effundant. *Quia a ventis circumferuntur*, que faciliter hic illæ levissimæ de causis tanquam ventis impelluntur, prout enim ab hac aut illâ parte lucellæ aut vase glorie spes aspirat, doctrinam suam et mores mutant, quod in Lutheri et Calvinii heresiis toties factum videtur: unde nata sunt tot rigidorum et mollium Lutheranorum, tot Gomaristarum, Arminianorum, Puritanorum, aliorumque ex una diverse sectæ. Quia autem hereticorum instabilitas turbolenta est, nec eorum passiones placidis ventis, sed procellos et turbulibus similes sunt, ideo S. Petrus vocat eos *miles turbib⁹ exagitatis*, 2 Pet. 2, v. 17. *ARBORES AUTUMNALES*, que in autumno demum incipiunt germinare et producere fructus, quos ante hyemem non possunt maturare; unde talium arborum poma imperfecta sunt et inutilia: id est quidam vertunt *arboreas frugiperidas*; perdunt enim fructus, cum sunt inutilis omnibus. Talia sunt opera hereticorum, que in specie aliquid esse videntur, sed reverè evanida et nullus preti sunt. Alii denique vertunt *arboreas autumnas marescentes*: quales sunt que extremo autumno non tantum fructus, sed etiam folia amiserunt. *INFRACTORES*, imò non tantum sunt arboreæ frugiperides, sed nullum omnino fructum ferentes: folia enim tantum verborum et operum, non fructus habent heretici; nisi *MORTUÆ*, et morte ramorum, qui nullus proferre possunt fructus, et morte truncæ ac radicis; mors enim arborum à ramis incipere solet, et tandem paulatim per truncum ad radicem descendit, et tunc bis ac omnino mortuæ sunt. Carent autem heretici et actione vitali bonorum operum, tanquam vita ramorum: et carent gratia ac charitate quia radix et basis arboris spiritualis animator. Aliqui hereticos *bis mortuos* interpretantur, quia ante baptismum peccato originali mortui erant, et post baptismum peccato actuali apostasiæ in mortem iterum relabuntur; sicut arbores mortuæ aliquando à radice regenerant, et iterum postea moriuntur. *ERADICATE*, imò nequidem stant in terra defixa, sed eradicata sunt et paratae ad incendium; hereticis enim ab Ecclesiæ per apostasiam separatis et eradicatis, *jam non relinquitur pro peccatis hostia*, sed *terribilia quadam expectatio iudicii*, et ignis armatio, ad Hebr. 10, v. 26 et 27. Omnis enim arbor quo non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur, Matth. 5, v. 10.

VERS. 13. — *FLUCTUS FERI MARIS*; similes sunt ef-

feris fluctibus maris, tumentes, irrequieti et turbulenti: *Impii enim quasi mare furvæ*, quod quiescere non potest, Isaï. 57, v. 20. *Feri* non est hic genitivi casus, sed nominativus pluralis, et adjective substantivi *fleetus*, ut ex Graeco patet. Salsi autem et amari maris potius quam fluminis aut lacis dulcis fluctibus eos comparat, ut hereticorum amaritudinem denotet, sicut Beda adverbi. *DESUPERNANTES SUAS CONFUSIONES*; sicut enim efferi et spomosi fluctus rupe et littora maris continuo assilendo et verberando ea loco non moveant, sed spumas tantum suas in saxa despumant, ita hereticis adversus Ecclesiæ petram, columnam et firmamentum veritatis, in tuncendo, calumniando, et oppugnando, non revertunt ipsum: et quando suas turpitudines et dedecia in Ecclesiæ ministros despumant, et ea ipsi afflunt, statim patet veritas, cum spuma rupibus aspersa mox evanescent, et non fuisse ipsarum sordes, sed fluctum qui eas eructant, apparat. *Confusiones* metonymyæ sumit pro turpitudinibus et flagitiis, properque homines moriò confundunt et erubescere deberent. *SIDERÆ ERRANTIA*; similes stellarum erraticis, quas Graeci planetas vocant: ut enim planetæ nunc stant, nunc progrediuntur, nunc currunt in antiora, nunc in posteriora recurrent, nunc in celum elevantur, nunc submittuntur versus terram; talis omnino est in doctrinis et moribus hereticorum inconstans: sua dogmata et regulæ morum certius fingunt ac refingunt, nec unquam in eodem statu docendi perdurant, inquit Beda. Sicut etiam planetæ non tantum à stellis fixis, sed etiam à se invicem continuo variant dististantiam, ita hereticorum non tantum dissident ab Ecclesiæ catholicae doctrinis, qui tanquam stellarum fixarum in firmamentum Ecclesiæ fulgent, sed etiam inter se innumeris doctrinæ sectis dividuntur. Curiosi quidam collegerunt hereticorum nostri temporis 84 diversas interpretationes istorum verborum: *Hoc est corpus meum*. Cajetanus et alii quidam per *sidera errantia*, non sequimur planetas, qui in celo sidereo sunt, sed ignea in aere meteora intelligent, quas Aristoteles stellas cadentes, volantes aut discordantes appellant; haec enim qui vagi et planeti motu per aera discurrent, rectè etiam planetæ et sidera errantia vocari possunt, quibus etiam hereticorum instabilitas rectissimum assimilatur. Deinde, veluti stellæ istæ ignæ serenis noctibus vera coeli sidera esse videntur, nec ab aliis distinguuntur possumunt nisi cum cadunt aut dissipulant in auras, ita heretici, qui dicunt se lumina Ecclesiæ et mundi, vix à veris Ecclesiæ doctoribus in principio distinguuntur, sed paulo post evanescit et manifestatur eorum falsitas; cum tamen interea lux et veritas doctrinae orthodoxorum usque ad finem mundi perseveret. Sic Arius, Macedonius, Nestorius, Euthyches, alijque heresiarchæ videbantur initio esse sidera colestia, sed mox ita disparerunt et evanescunt, ut nequidem librorum ipsum fragmina extant, nisi quantum orthodoxorum libris ad eorum confutationem insertum videmus. *QUINUS PROCELLA TENEBRARUM*, poema infernalis tanquam procella et turbo quidam tenebrosum,

qui eos corripit et involvet, servata est, per decreta reprobationis, et sententiam divine justitiae in supremo illo tribunali jam prolatam: *IN ETERNUM*, nempe duratura, quia *vernis eorum non morietur, et ignis non extinguetur*, Isaï. ult., v. ult. *Procella tenebrarum*; *Galgæ tenebrarum*, sicut eadem verba verit interpres, 2 Pet. 2, v. 17; quasi dicat: *Tenebrae tenebrarum*, sive duplices et densissime tenebrae, phrasis Hebreorum. Merito autem in tenebris tormentorum aternas mittentur, ait Beda, qui in Ecclesiæ Dei sub nomine lucis tenebras errorum inducebant. *Galgæ ergo*, sive tenebrae tenebrarum, sunt tam peccata danni, quæ à luce beatifice visionis excludunt, quam peccata sensu, quam in igne infernali caliginoso patiuntur.

VERS. 14. — PROPHETAVIT AUTEM, non tantum vivâ voce, sed etiam scripto. Liec̄t enim Michael Medina et quidam sibi putent posterorum illam Enoch traditionem non scripta ad posteros manasse, S. Augustinus tamén, S. Hier., Tertullianus, et Patres passim consentient litteris mandatam fuisse. Et ne his, etiam de istis hereticis sub nomine impiorum, ut ex verbis prophetæ mox patet; *SEPTIMUS AB ADAM ETNOCH*; inter Adam et Enoch interiecintur alii quinque, Seth, Enos, Cainan, Molacl, Jared: unde computando simul duos extremos, Adam et Enoch, hic erit à primo septimus, Genes. 5. Ille patet usum litterarum antiquorum esse diluvio, et librum Enoch servatum fuisse in familiâ ejus; adçōpè à Noe, qui Enoch nepos fuit, in arcâ tempore diluvii custoditum: aut si forti diluvio perierit, potius Noe aut prophetâ alias ex instinctu Spiritus sancti librum illum postea rescribere et reformare, ait Tertullianus, cap. 3, de Habitâ mulierib⁹: quemadmodum Jerosolyma Babylonica expugnatione deletis omni instrumentum Judaicæ literaturæ, per Esdram constat restauratum. Sed tamen liber iste Enoch in armarium Iudaicum non admittitur, inquit Tertullianus, sive in canone Scripturarum, qui in armario templi à sacerdotibus servabatur, quia continebat fabulas de gigantibus qui non habuerunt homines patres, sed angelos, ut lib. 15 de Civit., cap. 25, narrat S. Augustinus. Videntur ergo quedam ab hereticis aut errantibus ei libro fuisse inserta. Deinde nimia antiquitas illum librum suspectum et apocryphum reddidit, ut lib. 18, cap. 58, de Civit., ait idem Augustinus. Nec tamen idem Epistole S. Jude auctoritas pericitur, quia ex libro apocrypho unam aut alteram sententiam accepit; sicut nihil detrahit auctoritati S. Pauli quod Act. 16, v. 28, poeta Arati testimonium, quod l. ad Cor. 15, v. 35, Menandri comediam, quod l. ad Tit. 1, v. 12, Epimenidis versum citavit; non enim qui versum unum aliquibus libri prolat et canonizat, id est statim totum librum approbat, ut ad Tit. 1 docet Hier. Contra tamen Cajetanus dicit esse contra sacra Scriptura auctoritatem prophetam apocrypham citare, et vocare prophetam. Sed dubium non est quin fuerit vera prophetia, et olim à prophetâ Enoch scripta, aut vivâ voce annuntiata, liec̄t liber ejus sit apocryphus proper alia falsa ei ab aliis

inserta. DICENS : ECCE VENIT DOMINUS, veniet aliquando Christus homo Deus ad judicium universale. *Venit* est hic præteriti temporis, ut ex Greco patet; sed prophetae jam factum est quod certè futurum vident; idemque de rebus futuri tanquam de jam præteriti loquuntur. IN SANTIS MILLIBUS SUIS ; Greccè : In myriadibus sanctis suis ; cum multis sanctorum angelorum myriadibus. Veniet enim Filius hominis in maiestate sua, et omnes angeli ejus cum eo, Matth. 25, v. 34. Si autem omnes angelii venturi sint ad judicium cum eo, multis profectò millibus et myriadibus comitatus veniet Iudeas, quia *milia milium* ministrant ei, et decies milles centena militia assistant ei, Dan. 7, v. 10. Ex ista prophætia patet explicitam fidem secundi adventi Christi ad judicium, et resurrectionis mortuorum, ac per consequens fidem incarnationis Filii Dei esse antiquissimam, et diluvio veteriastre : immo Tertullianus, cap. 5, lib. de Habitū mulierib[us], dicit idem librum Enoch à Judeis fuisse rejectum, quia aliqua de Christo loquebatur. Deinde liber veteriastris, qui inscribitur : Testamentum duodecim patriarcharum, ab Origene sc̄p̄ citatum, multa narrat ex libro Enoch de malis quae eventura erant nepotibus 12 patriarcharum, de Salvatore mundi ab eis occidendo, de dispersione eorum in omnes gentes, etc., que refert Sixtenus Senensis.

VERS. 15. — FACERE JUDICIA, EXERCERE JUDICIA AETERNA DAMNATIONIS, CONTRA OMNES, QUI JUDICANDI ET DAMMANDI SUNT; ET ARGUERE, DISCUTIENDO CUM EIS: DEDUCAM OMNES GENTES IN VALLEM JOSAPHAT, ET DISCUPTABO CUM EIS, IOCL. 5, v. 9; OMNES IMPIOS, QUALES SUNT IMPRIMI HERETICI, ET PRESENTRI SIMONIANI ET NICOLAITE, IN DEUM, SACRA ET SACRAMENTA EJUS BLASPHEMARI. IMPII AUTEM PROPIE VOCANTUR, NON QUIVIS PECCATORES, AII ECCLÆMENSIUS, SED QUI PECCANT CIRCA DEUM VIOLANDO PROXIME PIETATIB[US] ET DEBITIB[US]. SIMPLICES AUTEM PECCATORES SUNT, INQUIS, QUI CIRCA EA QUAES IN VITE CONVERSATIONE AGMNTUR, A JUSTICE SCOPO ABERRANT. ET ANTE EUM S. GREGORIUS, lib. 25, cap. 10, MORAL: IMPII PROPRIÆ DICITUR, AT, QUI A RELIGIONIS PIETATE SEPARANTUR; UNDE SACRA SCRIPTURA INFIDELES PROPRIO APPELLAT IMPIOS. TALES ENIM MULTI QUAES FIDES PEO DEO TRIBUIT, EI IMPÌD DTRABUNT, ET QUAES REMOVET, ILLI ATTRIBUTUNT. DE OMNIBUS OPERIBUS IMPÍTATIS EOREM, QUALES CRANT IMPÍE FORNICATIONES ET TURPITUDINES NICOLAITARUM, QVAS SUB PRÆTEXTU SACRARUM CEREMONIARUM EXERCENT: QDIA ETIAM SECTORIUM NOSTRI TEMPORIS SACRILEGIA, QUILIB[US] VOTA CASTITATIS DEO PROMISSA VIOLARE FAS ESSE CENSENT, MONACHISQUE AC MONIALIBUS SUIDENT UT EX CLAUSIS SUIS AD INCESTAS MUPTIAS EVOLVENT; ET DE OMNIBUS DURIS, ASPERIS ET BLASPHEMIIS VERBIS, QZE LOCUTI SUNT CONTRA DEUM, SAPIENTIAM ET PROVIDENTIAM QUA DEUS MUNDUM REGIT, JUSTITIAM QUA IMPIOS PUNIUNT, ETC., ACCUSANTES; PECCATORES IMPII, NON ENIM CONTRA OMNES PECCATORES HÆC DICIT, SED CONTRA IMPIOS, IN QOS PRÆCIPUE IRA DEI IN EXTREMO ILLI JUDICIO DETONABAT.

VERS. 16. — III SUNT MURMURATORES, ADVERSUS DEUM NEMPE ET ECCLESIE DEI MINISTROS, QVORUM DOCTRINA,

regimen, et disciplina ipsis displicet: cùm enim heretici Nicolaite voluptatem tanquam summum bonum sectarentur, et omnibus hujus vite commodi tabilis studerent, si quid incommodi eis accidisset, adversus Dei providentiam tanquam res universi male administrantem murmurabant, adversus deinde Ecclesiæ pastores qui à vita perdita eos revocare combantur. QUERULOSI: vox Græca propriè significat eos qui suā sorte et parte, in q̄a constitutis eos Deus, nunquam sunt contenti, et de omni vite conditione conqueruntur: similes ergotis qui cùm in lecto cubant, igni assidere volunt; cùm assidere coperint, statim ad lectum reverti cupiunt, et semper de aliquā incommode conqueruntur. Quid enim aliud faciant qui voluptatem summum bonum, dolorem summum malum esse existimant? ubi enim animum squalum et corpus voluptates corripere, inquit Seneca, lib. 2, cap. 25, de Irâ, nihil tolerabile videtur, non quia dura, sed quia molles patitur: probatque exemplo Mindyridis, opulentis et delicatis Sibarite, qui sepius questus est, inquit, quid foliis rosa duplicitis incubuerit. SECUNDUM DESIDERIA SUA, secundum concupiscentias suas p̄vias, AMBULANTES, viventes et conversantes, sicut equus et mulus et bruta animalia, qui voluptatem carnis et sensuum tanquam summum bonum ubique sectantur; ET OS EOBUM: alludit ad psalm. 16, v. 10: LOQUITUR SUPEREA, alia et magnifica de se et doctrinâ suâ loquuntur, ut simplices decipiunt et in sectam suam pelliciant: unde S. Petrus, à quo hoc S. Judas sumpsit: Superba vanitatis loquentes pellicunt, etc., 2 Pet. 2, v. 18; superbia enim et mater et nutritrix est hereticorum; MIRANTES PERSONAS, adulantes personis simulatae admiratione virtutum, ingenii, potestie, divitiarum, caterarumque rerum quaे hominum circumstant. Quantum verò mali hominibus quos laudent inferant illi admiratores, eleganter describit Seneca, epist. 94, ubi ait: Irritatum omnium in que insanus admirator est. QUESTUS CAUSA: Greccè, utilitas gratiæ; pecunia aut proprii honoris, vel secte sua amplificanda gratiæ: maximi enim personarum magnarum adulatores sunt et semper fuerunt heretici, pecuniarum et vanæ glorie appetentes, ut inter philosophos sophiste. Exemplo Lutheri erga Henricum VIII, Anglie regem, et Calvinistarum erga Henricum IV, regem Gallorum, hoc ostendit Feuerdentinus; quos illi, quando rebus suis favore videbantur, supra omnes reges et imperatores, quotquot unquam fuerunt, turpissimâ adulatio extollebant; ubi verò rebus Catholicorum contra favore visi erant, usque ad inferos eodem depremebant: nam postquam Calvinista Galli Henricum IV, Navarræ tunc, nondum Gallice regem, supra sanctissimos reges et imperatores, Ludovicos, Henricos, Carolos, Theodosios, Valentianos, Constantinos, immo supra Machabeos, Josias et Davides, libris etiam scriptis extulissent, mox à cede Bartholomeanæ, inquit Feuerdentinus, anni 1572, ubi illæ missam cum Catholicis ad tempus adire ceperit, tot modis eum deformaverunt, toties eum atheismi, epicureismi, sardanapali-

hados tuos iuxta tabernacula pastorum, Cant. 1, v. 7. Pronomen tamē *semelipsos*, quod interpres addit, etiam Beza se in tribus vetustis Græcis exemplaribus legisse testatur. ANNALES, homines secundum inclinationem anime sue sensitiva viventes, et imhantes voluptatibus sensum, que nobis cum brutis sunt communes: unde etiam doctrina, quæ mores suos regunt, inquit OEcumenius, etiam animalis est; de quâ aliud apostolus: Non est ista sapientia deservium descendens, sed terrena, animalis, diabolica, Jac. 3, v. 15. SPIRITU NON HABENTES, non habentes gratiam Spiritus sancti, que spiritum hominis elevet supra carnem et animam suam sensitivam: gratia enim divina non subveniente quid sum homines, ait S. Augustinus, lib. 2, cap. 8, de Nuptiis, nisi quod ait apostolus Petrus, 2 Pet. 2, v. 12: *Velut muta animalia procreata naturaliter in captivitatem et interitum?* Si autem heretici illi spiritum gratis non habuerint, profectò quibusdam negatur supernaturalis gratia sufficientis; si enim istam haberent, spiritum gratis utique haberent.

VERS. 20. — VOS AUTEM, CHARISSIMI. Postquam designavit viam quā heretici descendunt, et sectarios suos deducunt ad infernum, nunc modum docet quo fideles spirituale adificiunt, per quod scandunt in celum. SUPERADIFICANTES, per bona opera cum adiutorio gratiae Dei, VOSMETIPSOS, homines novos et spirituales: gratia enim et charitas habitualis appellatur *nous homo*, et *nova creatura*, ad Ephes. 4, v. 24: *In dulce novum hominem qui secundum Deum creatus est;* ad Coloss. 5, v. 10; ad Galat. 6, v. 13, etc. Cuius hominis novi vitales actiones sunt virtutum supernaturalium operationes: unde quando per charitatis et virtutum actus gratia et charitas superfundamentis fidei crescit, homo novus etiam superedificatur, et quasi in altum surgit. SANTISSIME VESTRE FIDEI, tantum fundamento adifici spirituales: licet enim fides sola ad adificium spirituale consummandum non sufficiat, sine ipsa tamen in fundamento posita adificium erigi nequit, quia sine fide impossibile est placere Deo, ad Heb. 11, v. 6. Fides christiana vocatur *sancissima*, quia est radius quidam purissimum increasit veritatis, continetque sanctissimas vite instituenda regulas, cùm hereticorum doctrina impura sit, et similis depravatis corum moribus, quos dirigit. S. Petrus autem, 1 Pet. 2, v. 5, non fidem uniuscujusque, sed Christum constituit fundamentum adifici et donis spiritualis, cui fundamento singuli fideles tanquam lapides vivi superedificantur; quia respecti non ad edificium spirituale quod inusquisque intra semelipsum adificat, sed ad totius Ecclesiæ adificium, cujus fundamentum est Christus, et fideles instar lapidum, qui fundamento isti immunitur seu incumbunt. Aliqui vertunt: Superadificantes vos invicem sanctissime vestra fidei, ut intelligatur de proximi adificatione, quia unus ab aliis per admonitiones et exhortationes excitatur, ut supra fidei sue fundamentum opera spei et charitatis superadificant. Quia verò opera quibus nosmetipsos super-

dificamus sunt dona Dei, ideo continua oratione à Deo petenda esse dicit, additque: *In SPIRITU SANTO, per Spiritum sanctum, ORANTES; sicut organa spiritu insufflante sonant: Nam quid orenus sicut oportet, ne cinis, sed ipse Spiritus postulat pro nobis genitibus inenarrabilibus, ad Rom. 8, v. 26; et: Acceptissimis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus: Abba Pater, ibid., v. 15.* Ex quibus locis S. Augustinus, cap. 25, v. 4. Dono perseverant et alibi, contra Semipelagianos, probat hoc ipsum esse dominum Dei, ut veraci corde et spiritualiter clamenus ad Deum: *Attendant ergo, inquit, quonodo faltuntur qui putant esse à nobis, non dari nobis, ut petamus, queramus, pulsemus.*

VERS. 21.—*VOSMETIPSO IN DILECTIONE DEI SERVATE, nihil committingo quod dilectionem Dei aut proximi possit ledere.* Erasmus et quidam ali vertunt: *Vos invicem in charitate Dei servate, ut Apostolus commendet charitatem fraternalm, quā fideles pīs exhortationib; et fatus ad Deum precibus se mutuo in charitate Dei foreant et conservent. Similes autem Scripturas: Superadieitate vosmetipso, servate vosmetipso, etc.* Pelegani olim adversus fidem catholicam torquent, quasi iste phrases significarent ita in hominis potestate esse bene operari, ut opus bonum à Deo non debeat dari. Sed S. Augustinus, cap. 2, de Correptione, respondet quid tales exhortationes et praecipue dentur hominibus, ut eis ostendatur quid agere debant: *Ut quando id agunt sicut agendum est, id est, inquit, cum dilectione et delectatione justitia, evanescat quod dedit Dominus, ut terra coram daret fructum suum, accepisse se gaudeant: quando autem non agunt, sive omnino non faciendo, sive non ex charitate faciendo, orent ut quid nondum habent accipiant.* Hinc illa solemnis S. Augustini sententia, lib. 10, cap. 29, Confess.: *Da quod jubes, et jube quod vis.* Quo S. Augustini verba sibi ab episcopo quodam Romæ ostensa. Pelagiū adeò ferre non potuit, ut penè cum ipso litigaverit, ut narrat Augustinus, cap. 20, de Dno perseverentie. *EXPECTANTE MISERICORDIAM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI; fiducia magna ac spe firmā expectantes quotidie novam gratiam Domini nostri ad perseverandum inter tot carnis, mundi, diaboli tentationes necessariam: ita enim nos in Dei dilectione servare praecipi, ait Beda, ut nunquam de viribus nostris presumamus, sed in divina tuitionis adjutorum speremus. Gratiam autem, quo est effectus misericordiae Dei, per metonymiam vocat Dei misericordiam. IN VITAM ETERNAM, usque ad vitam aeternam inclusivę, quo est terminus et clausula omnium gratiarum per quas Deus electos suo viatores perducit ad patrem.*

VERS. 22.—*ET HOS QUIDEM ARGUITE, hereticos et in malitia sua obdurate tam argumentis quam duris increpationibus redarguite, corum etiam impietatem omnibus demonstrantes, atq; OEcumenius, ne saltem plures corrumpant, si ipsi respicere non sint; iudicatos, condemnatos per propriam infidelitatem, aut pessimam suam et incorrigibilem vitam, que judi-*

cium et sententiam condemnationis in eos quodammodo pronuntiat. Hanc autem Latinam lectionem, est à Græci dissentientem, se in tribus codicibus Græcis inventissimē testatur Beza: quam etiam OEcumenius vidisse ex commentario ejus patet. Prescribit autem Apostolus varios modos quibus fideles secundum spiritum discretionis uti debent in corripiendis peccatoribus.

VERS. 23.—*ILLIS VERO, alios qui non sunt adhuc hæresi aut vitis inextricabilibus immersi, sed tamen periculo proximā ut irrecovabiliter in illi mala incidunt; SALVATE, manu quasi iocata refinet, et servate, ne in illis perditionis abyssum decadant. Illic collige quid homines, quorum ministerio ad alios salvandos utitur Deus, possint etiam salvatores appellari, etiam si unicus sit salvator principalis: unde non rectè heretici colligunt sanctos non posse dici intercessores et mediatores secundarios, quia, inquit, Christus dicitur unus *Mediator Dei et hominum*, 1 ad Timoth. 2, v. 5; sicut enim unus est Medicus, ita et unus Salvator. De igne RAPIENTES, ex igne libidinis et vitiorum, qui eos jam ambubere coepit, et consequenter ex igne infernali, qui talibus patrat est, eos eripientes; ALIIS AUTEM MISEREMINI. Ceteris vero quibus vita sua jam displicant, sed gratie ratione nondum adhuc tantas habent ut laqueos suis excedant, misericordiam impetrimenti, orando pro ipsis, et eos admonendo; IN TIMORE, injecto timore et terrori Dei vindictæ, et ignis aeterni. Hanc particulam in timore ad omnia tria præcedentia membra referendam Beda existimat; ut terror Dei vindictæ incutatur tam in profundo vitiorum immersis, quam mergi incipientibus, atque etiam per compunctionem se extirpare desiderantibus: timor enim iste servilis omnibus prodest, ut peccatorum animos concutendo securitate charitati viam apertat; nam initium sapientia timor Domini; si enim nullus est timor, nou est quid intret charitas, ait S. Augustinus, tract. 9, in Epist. Joannis. Sicut videmus, ait, per setam introduci finum, quando aliquip sutor; seta prīus intrat, sed tamen nisi exeat, non succedit finum; sic timor primi occupat mentem, non autem ibi remaneat timor, quia id est intravit, ut introducere charitatem. Græcus textus hodie vulgaris divisionem peccatorum non trahit, ut Latinus, sed bimembra tantum facit, et ad verbum sic verbi potest: *Ei hos quidem misericordia sicut discipantes, hos vero in timore salvate ex igne repentes, significare quosdam hereticos et peccatores esse ingenuos et disciplinae capaces, quos argumentis et rationibus disceptando convertere oportet: alios vero qui stupidiores sunt, non argumentis, sed timore salvandos esse, atque instar brutorum que fugere nesciunt, sed ultrò incurrit incendia, vi quodammodo ex igne rapiendo esse. ODIENTES ET EAM; cavete tamen ne miserando, rapiendo ex igne, et arguendo peccatores, nimis familiariter cum ipsis conversemini, et pestem suam vobis affricent: sed ita homines amate, ut opera eorum detestemini, et odio habeatis etiam ipsum, QUE CARNALIS EST, que tota ex**

operibus carnis veluti contexta est, MACULATAM TUNICAM, vitam eorum externam, libidinum et flagitorum maculis consupercatam. Sicut enim à contactu tunice et vestium leprosi aut pestiferi ceteri homines abhorrent, ne contagium contrahant, ita qui peccatorum conversione student, cavere debent ne ab exteris eorum moribus inficiantur, quibus mederi volunt. Græcū paulò clariss: *Odientes et eam à carne maculatam tunicam.* A carne enim, seu à carnali concupiscentiis externi peccatorum mores, sicut à carnis morbos lepororum et pestiferorum tunice maculantur et inficiuntur: *Unusquisque enim tentatur à concupiscentiā suā, etc.* Jac. 1, v. 14. Beda tamen carnalem tunicam interpretatur carnem nostram, que est veluti tunica anime: maculata verò ait per ipsum concupiscentiā vitium, quod habitat non tantum in hominum peccatorum, sed etiam justorum membris: hoc enim concupiscentiē vitium vocatur à S. Paulo *vetus homo*, consideraque illud instar tunice, quando ait: *Expolientes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum, ad Coloss. 3, v. 9.* Sed cum Græcus textus dicat tunicam à carne maculatam esse, aperte hic per tunicam intelligentur externi peccatorum mores, qui non sunt ipsa carnis concupiscentia seu vetus homo, sed ab eo originem et maculas suas habent. Tunica autem ista parvorum morum ex singulis actibus hominis peccatoris velut ex totidem staminibus et subtegminibus constituta.

VERS. 24.—*ET AUTEM QUI POTENS EST; solus enim Deus potest nobis hoc prestare; nec enim in liberis arbitrii positum est potestate, ait Beda, sed Dei gratia perficiendum est; vos CONSERVARE SINE PECCATO,* Græcē sine offensione, que omne peccatum tam grave quam leve comprehendit, iuxta illud: *In multis offendimus omnes, Jac. 3, v. 2.* Ad evitandum enim quodcumque peccatum gratia Dei necessaria est, cùm liberis arbitriis sibi permisum nonni in suam perniciem moveatur, ait S. Prosper, cap. 17 epistola ad Ruf. *Quid enim sum mihi sine te, nisi dux in preceps?* inquit S. Augustinus, lib. 4, cap. 1, Confessionum. *ET CONSTITUTE, finitā hæc peregrinatione, ANTE CONPECTUM GLORE SUE, ante faciem suam gloriosam, eniūs conspectu critis beatū; IMMACULATOS, sine maculis et rugis, quem Ecclesiæ electionem futurum dicit alter apostolus, ad Ephes. 5, v. 27, quando nempē ab omnibus non solum peccatorum maculis, sed etiam peccatorum reliquias in anima et corpore purgassimā erit; in EXULTATIONE, cum letitia animi tam effusa ut etiam redundet in corpus: exultatio enim proprie est gestus corporis, quo homo exigit p̄e gaudio. Justi autem exultabant in conspectu Dei, et detectabantur in letitiā, psal. 67; id est, non jam amplius exultantes cum tremore, sicut in hoc seculo, ait S. Augustinus, quādūlū tentatio est vita hominis super terram, sed cum sincerā et simi mixtione timoris letitiā. In ADVENTU DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, quando dominus Christus venerit ad iudicium, et electi in corporibus gloriis resurrexerint: tunc enim incipient*


cum corporis et anime beatitudine constitui ante conspicuum glorie Dei. Hac tamen particula carent codices Græci.

VERS. 25.—*SOLI DEO, Patri; Græcē: Soli sapienti Deo;* qui economiam redēptionis et salutis humani generis tam sapienter administravit. Dicitur Deus sol sapiens per excellentiam, quia sapientia fons est unde eam participant creature, veluti guttam unam ex immenso mari. *SALVATORI NOSTRO, salutis nostræ ancestori primario.* Nomen *Saluatoris* plerisque Christo homini tribuitur in Scripturis; aliquando tamen etiam *Deo Patri, et consequenter toli sanctissimæ Trinitati, ut hic; item 1 ad Timoth. 1, v. 1; ad Titum 3, v. 4.* Per JESUM CHRISTUM DOMINUM nostrum, tanquam mediatorē, quem ut gratiam et gloriam nobis mereretur Pater in mundum et mortem misit. Græca iterum non habent hanc particulam, quam tamen Beza in duobus Græcis codicibus se legisse dicit. *GLORIA, est, et ab omnibus hominibus debetur: unde sive manducamus, sive bibimus, sive aliud quid facimus, omnia in gloriam Dei facere nos jubet alter Apostolus, 1 ad Cor. 10, v. 31.* Imō ne quidem de meritis nostris aliter quam in Domino gloriari possumus: *Quisquis enim tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi merita tua?* ait S. Augustinus, lib. 9, cap. ult., Confessionum. *ET MAGNIFICENTIA, quā omnia magno et illustrata facit in celo et in terra: Magnificentia enim ejus discurrent nubes, Deut. 33, v. 26. Fecit calos in intellectu, psalm. 135; et postquam plurima magna et mirabilia naturæ opera recessit, quia sapientissimè creavit et administravit Deus, exclamat: Quā magnifica sunt opera tua, Domine! omnia in sapientiā fecisti; psalm. 105. Sed præcipue oculis sanctorum, qui invisibilitate penetrant, eluet Dei magnificantia in justificatione peccatoris, et ubi abundavit peccatum superabundat gratia, ut disserit S. Augustinus exponens illud: *Confessio et magnificencia opus ejus;* ps. 110. IMPERIUM, efficax et robustum, quo omnia solo nutratur: operatur: unde ali eadem vocem Græcam robur vertunt, et interpres noster *potentiam,* Luc. 4, v. 51; ET POTESTAS, jurisdictionis et domini, qui universa regit, et secundum consilii sui beneplacitum administrat: talē enim potestatem propriā vox Græca significat. Porro in his quatuor Dei elogiis, gloria, magnificencia, imperio, potestate, respicit præseruit ad id quod versus præcedentē dixit: *Qui potest est vos conservare, etc.*; significatque gloriam, magnificantiam, imperium, et potestatem Dei Salvatoris maximè conspicuam et prædicandam esse in eo quod homines perditos ē massā damnationis eriperit, et infirmisimā quamvis carnis circumdatos, non tantum à peccato præteritis ablati, sed inter tot et tam potentes carnis, mundi, diaboli tentationes, à futuri conservet, subveniatque infirmatū humane voluntatis, in divinā gratiā indeclinabiliter et insuperabiliter agatur, et idē quamvis infirma, non tamen deficiat, neque adversitate ullā vincatur, ut ait S. August., cap. 12, de Correptione. *ANTE OMNE SECULUM, ante omne temporis iniuum.* Hanc quoque particulam hodiē non habent*

Grecia, et si in quibusdam codicibus se vidisse quidam testentur. Et NUNC, labente hoco seculo, ET IN OMNIA SECULA SECOLORUM, et in omnem aeternitatem. Genitivum seculorum addidit interpres, ut clarius exprimeret aeternitatem, que per seculum seculi, vel secula seculorum in Scripturam solet significari, tanquam quodam duratio quo post elapsa omnia secula temporaria adhuc manet sine fine. Dicuntur autem gloria,

IN EPISTOLAS CATHOLICAS DILUCIDATIO.

AUCTORE WOUTERS (1).



Præfatio.

Post quatuordecim Epistolas S. Pauli sequuntur septem catholicae; qua ita appellantur, non quia tradunt doctrinam catholicam (nam hanc etiam tradunt Epistola S. Pauli), sed quia ad universitatem fideliuum sunt scriptae. Vox enim *catholica* est vox Grecæ, que Latinæ idem sonat ac *universalis*. Hoc igitur nomine appellant, quia non ad aliquam particularem ecclesiam, aut nationem scriptæ sunt, ut Pauli Epistolas ad Romanos, Corinthios, Ephesios, etc., aut ad unum hominem, ut que ad Timotheum, Titum et Philemonem; sed quia generatim scriptæ sunt ad fidèles dispersos in variis regiones. Nam Jacobus, in initio sue Epistole, duodecim tribubus que erant in dispersione salutem dicit. Prima Petri mittitur ad electos adversas dispersionis Ponti, Galatæ, Cappadocia, Asia et Bithynia. Secunda ad fidèles in universum; aut certè ad eosdem, qui nominantur in primâ, missa fuit, ut liquet ex cap. 3, ubi dicit: *Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribit Epistolam.* Prima Joannis eti apud nos nullam habeat inscriptionem, videtur tamen scripta fuisse ad omnes ab ipso eruditæ gentes, que per Asiam ac Orientem erant varie; nam quodd ad has scribit, satis innuere videtur verba cap. 1, v. 4 et 5. Quod S. Judas etiam ad multas gentes scribat, clare ex initio ejus Epistole liquet.

Verum quidem est quodd secunda et tercia Joannis ad privatas tantum personas scriptæ sint, sed tamen hoc non obstante omnes appellantur *catholicæ* à majori parte.

QUESTIO PRIMA.

De Epistola S. Jacobi.

Principaliora, et magis scitu necessaria, que circa hanc Epistolam inquiri ac discuti solent, hic breviter per interrogations et responsiones subiectimus. Itaque

(1) Vid. Wouters vitam, vol. 25 *Cursus com. Script. sacrae*, col. 767, 768.

magnificentia, imperium, potestas, ante omne seculum, seu ab aeterno fuisse in Deo, non quod creature Deum ab aeterno glorificaverint, aut Deus magnificientiam suam exercuerit, aut imperio vel potestate erga creatures usus sit; sed quia virtus ei et autoritas ad omnia ista inheret, inquit Carthusianus. AMEN, veris sic est.

non tantum in Iudea, sed etiam in gentium persecuzione crudeliter vexaverint, liquet ex apostolicis Actis. Hinc illos S. Jacobus duxit consolando et adhortando ut persecutiones ac tribulationes patienter pro Christi nomine sustinerent.

Queres 5^o quoniam sit ista dispersio duodecim tribuum, ad quas cap. 1, v. 4, S. Jacobus se scribere affirmat. Ante responsum nota plures fuisse Judeorum dispersiones: prima fuit, dum Salmanasar Assyriorum rex decim tribus duxit in captivitatem, et destruxit regnum Israel. Tunc enim plurimi, ut captivitate evaderent, fugerunt ad vicinas gentes. Secunda dispersio fuit in captivitate Babylonica. Tertia sub Antiocho rege Syria, qui per varia et horrenda tormenta tentavit omnes Judeos in apostoliam deducere. Quarta dispersio fuit ob perfidum Iudeorum in S. Stephanum et alios fidèles persecutionem, de qua scribit S. Lucas, Act. 8, v. 4: *Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia quia erat Ierosolymis, et omnes dispersi sunt per regiones Iudea et Samariae, preter apostolos.* — Hoc notato, responde: Dispersio de quā mentionem facit S. Jacobus, non est illa sola de qua agit S. Lucas in Actibus apostolorum; nam cum ista dispersio tantum fuit in Iudea et Samaria, et isti fidèles Iudei, qui ex decem tribubus habitabant in Palestina, admodum pauci essent comparatione illorum qui habitabant in aliis regionibus; si istic solis scripisset, non sat aptè dicere potuisset: *Duodecim tribus, que sunt in dispersione;* ac proinde verius est quod haec Epistola scripta sit ad omnes fidèles Iudeos, qui tunc in Iudea, tunc in aliis, saltem adiacentibus, Judge regionibus morabantur. Et id etiam scripta est Graece, quia minima Graeca lingua erat quasi communis in Oriente, et plures Iudei extra Palestina dispersi magis cancebant quam Hebraicam.

Queres 4^o quid S. Jacobus intelligat per *tentationes*, dum sit, cap. 1, v. 2: *Omnia gaudium existimat, fratres, cum in tentationes variis incidet.* — Resp. cum intelligere omnem afflictionem, presertim vero persecutionem quam suo tempore fidèles patabantur à perfidis Iudeis, aliquis infidelibus. Afflictio autem, uti et persecutio, id est vocatur tentatio, quia per eam Deus homines tentare, hoc est, proberi solent, ut quales sint innotescat. In Christi, Luca 22, apostolos adhortans, sit: *Vos estis qui permanescis mecum in temptationibus meis;* et Paulus, ad Heb. 4, de Christo: *Tentatum per omnia.* Atque id etiam satis insinuat ipsumst Jacobus, dum infra sit: *Bonitus vir qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit, etc.*

Putat Estius quod S. Aug., lib. 14 de Civ., cap. 9, doceat apostolum Jacobum per *tentationes* intelligere incitationem carnis. Attamen id loco citato non habet S. doctor; nam tantum tractat de perturbationibus animi, et temptationibus in genere, quas in hæ vita patiuntur justi; et de his dicit: *Ut doleant in temptationibus, vident Petrum flentem. Ut gaudent in temptationibus, audiant Jacobum dicentem: Omne gaudium existimat, etc.*

Queres 6^o de quo spiritu loquatur S. Jacobus, cap. 4, v. 5, ubi sit: *An putatis quia inimici Scriptura dicunt: Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?* nempe per fidem et gratiam. Vt etiam potest, inquit Fromondus (vid. supra), qui habitavit,

nibus, audient Jacobum dicentem: *Omne gaudium existimat, etc.*

Queres 5^o quo sensu, cap. 2, v. 10, dicatur: *Qui-cunque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* — Resp. sensum esse hunc: Quicumque, servatus ceteris Decalogi et Evangelii præceptis, unum transgressus fuerit, ita ut graviter peccet, fit omnium reus, quia violat charitatem, à qua tota lex pendet, sive quia æquè privat line legis, ac si omnia præcepta violaret, ita ut observatio reliquorum mandatorum ipsi ad predictum finem profodesse negaret. Et ita exponit istum locum S. P. Aug., epist. 29, ubi hoc modo discurret: « Unde fieri omnium reus, si in uno offendat qui totam legem servaverit? An forte quia plenitudine legi charitas est, quia Deus proximum diligitor, in quibus præceptis charitatis tota lex pendet et prophete, merito fit reus omnium qui contrarium illum facit, in qui pendent omnia? Nemo autem peccat nisi adversus illum faciendo, quia, non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in eo quod diligis proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. Nemo autem diligit proximum, nisi diligens Deum...; ac per hoc qui totam legem servaverit, si in uno offendit, fit omnium reus, quia contra charitatem facit, unde tota lex pendet. Reus itaque fit omnium, faciendo contra eam in quâ pendent omnia; ut pote in quâ connexa sunt, finitum quasi unum integrum charitatis mandatum; charitas enim est forma legum et virtutum omnium.

In idem redit interpretatio S. Thomæ, 1-2, q. 73, a. 1, ad 4, ubi ait quod S. Jacobus loquatur de peccato ex parte aversionis à Deo, non ex parte conversionis ad creaturam, qui in unquam peccato homo se averterit à Deo, et contemnit omnium mandatorum legislatorum. Patet autem hunc esse verum, et litteralem sensum, inquit Cajetanus, quia S. Jacobus maxime sententiam suam probat ex identitate legislatoris, dicens, v. 11: *Qui enim dixit: Non macchaberis, dicit et: Non occides. Quod si non macchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.*

Neque tamen ex hoc loco sequitur omnia peccata mortalia esse paria, ut olim volebant Stoici, quia licet offendens in uno sit semper omnium reus, non tamen equaliter est reus ac si in omnibus offendisset. Unde nec aquiliter intensivè punitur, licet extensivè posna sit queque eterna. Omnis igitur peccans delictum à rectâ viâ; sed alius alio potest longius aberare; sicut distorto datur aliud distortius, ait S. Aug. Si autem peccatum præcise specter quatenus adversatur charitati, magis etiam facit contra charitatem qui graviter peccat quam qui levius, inquit Beda.

Queres 6^o de quo spiritu loquatur S. Jacobus, cap. 4, v. 5, ubi sit: *An putatis quia inimici Scriptura dicunt: Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?* nempe per fidem et gratiam. Vt etiam potest, inquit Fromondus (vid. supra), qui habitavit,